Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)
1732 Seite 24



corripimur dicente : *non enim qui ſeipſum commendat , ille probatus eſt ; ſed quem Deus commendat*. Quod ſi , ut plus aliis laborantes , ſuperbimus adverſus eos qui vitam
Luc. 10. quietam ducunt : at Dominum reperimus Mariam magis commendantem , quod optimam partem elegerit . At vero, tamquam animi tranquillitatem colentes , adverſus eos extollimur , qui miniſterio diſtrahuntur ? Iterum Dominum docentem inveni-
Matth. 20. mus atque dicentem : *Non enim veni miniſtrari , ſed miniſtrare , & ponere animam meam redemptionem pro multis*. Quare res eſt omnino repudianda ſuperbia. At quod in deſerto loco & pulverulento ſedemus , magnifice de nobis ipſi ſentimus ? nihil ſane opus loci nobis proderit , non operantibus in humilitate ; Apoſtolo dicente atque
2. Cor. 4. hortante : ne contemplemur quæ videntur, ſed quæ non videntur : quæ enim videntur , temporalia ſunt ; quæ autem non videntur , æterna. At , ut in lacu aut ſpelunca habitantes , inflamur ? ſigna ſunt iſta mortificationis , & rerum terrenarum contemtionis atque incuriæ. Quod ergo tibi ipſe delegiſti ad rectius excolendam virtutem , ne tibi ſit in lapſum ſuperbiæ : ſimiliſque reddaris imperito fabro ferrario , qui ſuum non novit opus , & pro gleba ferri, lignum adurere tentat. Neceſſarium igitur fuerit , fortiter humilitatem apprehendere. At opulentus es , & æquitatis atque juſtitiæ moderationem obtines ? ſed ad Abrahami menſuram non perveniſti , qui ſeipſum terram dicebat ac cinerem. At popu-
Geneſ. 18. li tibi procuratio commiſſa eſt ? Et Moyſes populi curam ſuſcepit , neque mille hominum ſolum curam & adminiſtrationem, ſed
Exod. 7. 8. 9. 10. 12. 14. & vulgi multitudinem. Poſtquam enim Ægyptum percuſſit Deus in manu Moyſis & Aaron , exſiccavitque mare rubrum & per ſiccum traduxit Iſrael , tranſmiſitque eos per ſolitudinem illam terribilem, venerunt juxta fines Moab ; aſpicienteſque Moabitæ multitudinem populi, ſicut ſcriptum eſt : Dixit Moab ad majores natu Madian : Ita
Num. 22. delebit hic populus omnes , qui in noſtris finibus commorantur , quomodo ſolet bos herbas uſque ad radices carpere. Cenſus enim habebatur populi, ſecluſis mulieribus, ac pueris , & tribu Levitarum ; numerus autem eorum a viginti annis , & ſupra , omnes qui ad bellum procedere poterant ,
Num. 1. ex Iſraël ſexcenta tria millia virorum, quingenti quinquaginta , cunctorumque iſtorum ipſe dux erat. Cumque una cum Deo familiaritar ageret , ejuſque gloriam contemplaretur , non elatus eſt corde, neque humilitatem omiſit animi. Unde ſacra quoque

A δόκιμός ἐστι, ἀλλ᾽ ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν. Ἀλλ᾽ ὡς περισσῶς κοπιῶντες ἐν τῇ διακονίᾳ, μέγα φρονοῦμεν κατὰ τῶν ἡσυχαζόντων; ἀλλ᾽ εὑρίσκομεν τὸν Κύριον τὴν Μαρίαν ἐπαινοῦντα μᾶλλον, ὅτι τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο. Ἀλλ᾽ ὡς ἡσυχοι ἐπαιρόμεθα κατὰ τῶν περισπωμένων ἐν τῇ διακονίᾳ; εὑρίσκομεν πάλιν τὸν Κύριον διδάσκοντα καὶ λέγοντα· οὐκ ἦλθον διακονηθῆναι,
B ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ θεῖναι τὴν ψυχήν μου λύτρον ἀντὶ πολλῶν· ὥστε παντάπασι παραιτητέον τὴν ὑψηλοφροσύνην. Ἀλλ᾽ ὡς ἐν ἐρήμῳ τόπῳ καὶ ἐν κεκονιαμένοις καθεζόμενοι μεγαλοφρονοῦμεν; ἀλλ᾽ οὐδὲν ἡμᾶς ὀνήσει τὸ ἔργον τοῦ τόπου μὴ ἐργασαμένους ἐν ταπεινοφροσύνῃ, τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, μὴ σκοπεῖν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια.
C Ἀλλ᾽ ὡς ἐν λάκκῳ ἢ σπηλαίῳ οἰκοῦντες φυσιώμεθα; σύμβολα ταῦτά ἐστι νεκρώσεως, καὶ τῶν γηίνων πραγμάτων ἀμεριμνία. ὃ οὖν ἐπελέξω σεαυτῷ πρὸς κατόρθωσιν ἀρετῆς, μὴ ἔσω σοι εἰς ἔκπτωσιν ὑπερηφανίας· καὶ ὁμοιωθεὶς ἀσυνέτῳ χαλκεῖ τῷ ἑαυτοῦ τὸ ἔργον μὴ ἐπισταμένῳ, καὶ ἀντὶ βόλου σιδήρου, ξύλον πειρωμένῳ πυρῶσαι· δέον οὖν ἰσχυρῶς ἐπιλαβέσθαι τῆς ταπεινοφροσύνης. Ἀλλὰ
D πλούσιος εἶ, καὶ δικαίου μέτρα ἐπέχεις; ἀλλ᾽ οὐκ ἀφίκου εἰς τὰ μέτρα τοῦ Ἀβραάμ, ὃς ἔλεγεν ἑαυτὸν γῆν καὶ σποδόν. Ἀλλὰ φροντίδα λαοῦ ἐγκεχείρισαι; καὶ Μωϋσῆς ἀνεδέξατο φροντίδα λαοῦ· μετὰ γὰρ τὸ πατάξαι τὸν Θεὸν τὴν Αἴγυπτον ἐν χειρὶ Μωϋσῆ καὶ Ἀαρών, καὶ καταξηρᾶναι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ ἀβρόχως διαγαγεῖν τὸν Ἰσραήλ, καὶ διαπεράσαι αὐτοὺς ἐκείνην τὴν φοβερὰν ἔρη-
E μον, ἦλθον πλησίον ὁρίων Μωάβ, καὶ θεασάμενοι τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ οἱ Μωαβῖται, καθὼς γέγραπται, εἶπε Μωὰβ τῇ γερουσίᾳ Μαδιάμ· νῦν ἐκλείξει ἡ συναγωγὴ αὕτη πάντας τοὺς κύκλῳ ἡμῶν, ὡς ἐκλείχει ὁ μόσχος τὸ χλωρὸν ἐκ τοῦ πεδίου· ἦν γὰρ ἡ ἐπίσκεψις τοῦ λαοῦ χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων, καὶ τῆς φυλῆς τῶν Λευϊτῶν· ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω, πᾶς ὁ ἐκπορευόμενος
F παρατάξασθαι ἐξ Ἰσραήλ, ἑξακόσιαι χιλιάδες καὶ τρισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι καὶ πεντήκοντα· καὶ πάντων τούτων αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος· καὶ συνόμιλος τοῦ Θεοῦ γενόμενος, καὶ τὴν δόξαν Κυρίου θεασάμενος, οὐχ ὑψώθη τῇ καρδίᾳ, οὐκ ἠμέλησε τῆς ταπεινοφροσύνης. ὅθεν καὶ ἡ ἁγία Γραφὴ μαρτυρεῖ λέγουσα· καὶ ὁ ἄν-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0272
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg